



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum sint septem ordines? 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

*Utrum sint septem ordines?*

**A**D secundum sic proceditur. Videtur, quod non sint septem ordines. Ordines enim ecclesie ordinantur ad actus hierarchicos. Sed tres tantum sunt actus hierarchici, scilicet purgare, illuminare, & perficere; secundum quos Dion. distinguit tres ordines in 5. cap. eccles. hier. \* Ergo non sunt septem.

151  
*idem Con. cil. Trid. sess. 23. c. 2. c. 5. p. 1.*

¶ 2 Præterea, Omnia sacramenta habent efficaciam & auctoritatem ex institutione Christi, vel saltem Apostolorum eius. Sed in doctrina Christi, & Apostolorum non fit mentio nisi de presbyteris & diaconis. Ergo videtur, quod non sint alij ordines.

¶ 3 Præterea, Per sacramentum ordinis constituitur aliquis dispensator aliorum sacramentorum. Sed alia sacramenta non sunt nisi sex. Ergo debent esse tantum sex ordines.

**S**ED contra. Videtur, quod debeant esse plures: quia quanto aliqua virtus est altior, tanto est minus multiplicabilis. Sed potestas hierarchica est altiori modo in angelis, quam in nobis, ut Dionys. \* dicit.

*ex cap. 7. eccl. hier. a med. et c. 9.*

Cum ergo in hierarchia angelica sint nouem ordines, eorundem deberent esse in ecclesia, vel plures.

¶ Præterea, Prophetia & Psalmorum est nobilior imo omnes prophetias. Sed ad pronuntiandum in ecclesia alias prophetias est vnus ordo; scilicet lectorum. Ergo & ad pronuntiandum Psalmos deberet esse alius ordo, & præcipue cum in Decretis distinctione 21. \* Psalmista, secundus ab ostiario inter ordines ponatur.

¶ *decr. d. 21. c. 2. \* in decr. d. 25. ca. Perlethi, ex Isidoro in ep. ad Ludifr. et li. 7. etym. c. 12.*

**R**ESPONDEO dicendum, quod quidam sufficientiam ordinum assumunt per quamdam adaptationem ad gratias gratis datas: de quibus habetur 1. Cor. 12. Dicunt enim quod sermo sapientie competit Episcopo, quia ipse aliorum ordinator est; quod ad sapientiam pertinet: sermo scientie, sacerdoti, quia debet habere clauem scientie: fides Diacono, qui prædicat Euangelium: opera virtutum, Subdiacono, qui Supplementum.

V se ad

Isid. lib. 7  
etym. c.  
12.

videtur The  
ophilastru  
c. 19. Luc.  
de his 7.  
Ordin. vi  
de Amb.  
in c. 4. ep.  
ad Ephes.  
in ea ver  
ba, Et ip  
se dedit,  
&c. &  
Conc. A  
quægra  
nen. c. 6. 7  
& 8. &  
Isid. li. 2.  
de officijs  
eccles. c. 7  
& 8. & 10.  
& Conc.  
Rom. sub  
S. Iuliano  
can. 1. 2.  
& 3.  
† c. 5. ecl.  
hierar. p.  
1. à med.  
& in tit.  
Contem  
platio.

se ad opera perfectionis extendit per votum com  
nencia: interpretatio sermonum, Acolyto; quod signi  
ficatur in lumine quod defert: gratia sanitarum, exorc  
cista: genera linguarum, Psalmista: prophetia, lector  
discretio spirituum, Ostiario \*; qui quosdam repellit  
& quosdam admittit. Sed hoc nihil est, quia gratia  
gratis datur non dantur eidem, sicut ordines dantur  
eidem. Dicitur enim 1. Corint. 12. Diuisiones gra  
tiarum sunt. Et iterum, ponuntur quedam quæ Ord  
nes non sunt, scilicet Episcopatus & Psalmistatus. Et  
ideo alij \* assignant secundum quandam assimi  
tionem ad cœlestem hierarchiam, in qua ordines di  
stinguuntur secundum purgationem, illuminationem  
& perfectionem. Dicunt enim quod ostiarius purgat  
exterius segregando bonos à malis, etiam corpora  
ter: interius verò, acolytus, quia per lumen quod por  
tat, significat se interiores tenebras pellere: & ver  
que modo exorcista, quia diabolum quem expul  
vtrouque modo perturbat. Sed illuminatio, quæ fit per  
doctrinam; quantum ad Apostolicam, fit per  
per lectores; quantum ad Apostolicam, fit per  
diaconos; quantum ad euangelicam, per diaconos  
Sed perfectio communionis, utpote quæ est prece  
ritæ & baptismi & huiusmodi, fit per sacerdotem  
cellens verò per episcopum, ut consecratio sacer  
tum & virginum: sed excellentissima, per summum  
Pontificem, in quo est plenitudo auctoritatis. Sed  
nihil est: tum quia ordines cœlestis hierarchiæ  
distinguntur per prædictas actiones hierarchi  
quælibet cuiuslibet ordinum conueniat: tum quia  
cundum Dionysium †, solis Episcopis conuenit  
cere; illuminare autem, sacerdotibus; purgare autem  
nistris omnibus. Et ideo alij appropriat ordines  
donis; ut sacerdotio respondeat donum sapienti  
quæ nos pane vitæ & intellectuus cibis, sicut sacer  
nos pane cœlesti reficit; sed timor, ostiario, qui  
nos separat à malis: & sic intermedij ordines  
spondent medijs donis. Sed hoc iterum nihil est  
quia in

quia in quolibet ordinum septiformis gratia datur.  
 ¶ Et ideo aliter dicendum, quod ordinis sacramentum ad sacramentum Eucharistiæ ordinatur; quod est sacramentum sacramentorum, ut Dionysius dicit. Sicut enim templum, & altare, & vasa, & vestes: ita & ministri qui ad Eucharistiæ ordinantur, consecratione indigent: & hæc consecratio est ordinis sacramentum. Et ideo distinctio ordinum est accipienda secundum relationem ad Eucharistiæ: quia potestas ordinis aut est ad consecrationem ipsius Eucharistiæ, aut ad aliquod ministerium ordinatum ad hoc sacramentum Eucharistiæ. Si primo modo, sic est ordo sacerdotum. Et ideo cum ordinantur, accipiunt calicem cum vino, & panem cum pane; accipientes potestatem conficiendi corpus & sanguinem Christi. Cooperatio autem ministrorum est, vel in ordine ad ipsum sacramentum, vel in ordine ad suscipientes. Si primo modo, sic est tripliciter. Primo enim, est ministerium quo minister cooperatur sacerdoti in ipso sacramento, quantum ad dispensationem, sed non quantum ad consecrationem quam solus sacerdos facit. Et hoc pertinet ad diaconum; unde in littera \* dicitur, quod ad diaconum pertinet ministrare sacerdotibus in omnibus, que aguntur in sacramentis Christi; unde & ipse Christi sanguinem dispensat. Secundo, est ministerium ordinatum ad materiam sacramenti ordinandam in sacris vasis ipsius sacramenti. Et hoc pertinet ad subdiaconum; unde dicitur in littera \*, quod vasa corporis & sanguinis domini portant, & oblationes in altari ponunt; & ideo accipiunt calicem de manu Episcopi, sed vacuum, cum ordinantur. Tertio, est ministerium ordinatum ad præsentandum materiam sacramenti; & hoc competit acolyto: ipse enim ut in littera \* dicitur, vreoolum cum vino, & aqua præparat; unde accipit vreoolum vacuum. Sed ministerium ad præparationem recipientium ordinatum non potest esse nisi super impundos; Y 2 quia

\* c. 3. eccles. hier. cix. ca. p. 10.

Rabanus lib. 1. de inst. cler. c. 7. 8. 9. 10. 11. 12. \* lib. 4. sent. d. 24. §. 11.

li. 4. sent. d. 24. §. 6. † in 4. cõ cil. Carthag. c. 4. \* lib. 4. d. 24. §. 5. † Concil. Carth. 4. c. 6.

quia qui mundi sunt, iam sunt ad sacramenta percipienda idonei. Triplex autem est genus immundorum, secundum Dionysium \*. Quidam enim sunt omnino infideles, credere nolentes: & hi totaliter etiam à visione diuinorum & à cœtu fidelium arcendi sunt: & hoc pertinet ad ostiarios. Quidam autem sunt volentes credere, sed nondum instructi, scilicet catechumeni: & ad horum instructionem ordinatur ordo lectorum †; & ideò prima rudimenta doctrinæ dei, scilicet vetus Testamentum, eis legendum committitur \*. Quidam verò sunt fideles, & instructi, sed impedimentum habentes ex dæmonis potestate, scilicet energumeni. Et ad hoc ministerium est ordo exorcistarum. Et sic patet ratio & numerus gradus ordinum.

Ad primum ergo dicendum, quòd Dionysius loquitur de ordinibus, non secundum quod sunt sacramenta, sed secundum quod ad hierarchicas actiones ordinantur: & ideò secundum actiones illas tres ordines distinguit, quorum primus habet omnes tres, scilicet episcopus. Secundus habet duas, scilicet sacerdos. Sed tertius habet vnā, scilicet purgator ipse scilicet sacerdos, qui minister dicitur; & sub hoc omnes inferiores ordines comprehenduntur. Sed ordines habent quòd sint sacramenta, ex relatione ad maximum sacramentorum. Et ideo secundum hoc debet numerus Ordinum accipi.

Ad secundum dicendum, quòd in primitiua Ecclesia, propter paucitatem ministrorum omnia inferiora ministeria diaconibus committebantur; ut patet per Dionysium 3. cap. Eccles. hier. \* vbi dicit, Ministrorum alij stant ad portas templi clausas, alij alibi proprii ordinis operantur. Alij autem sacerdotes proponunt super altare sacrum panem & benedictionis calicem. Nihilominus erant omnes prædictæ potestates, sed implicite, in vna diaconi potestate, sed postea ampliatus est cultus diuinus; & ecclesia quod implicite habebat in vno Ordine, explicite tradidit

\* cap. 3.  
eccl. hier.  
p. 3. inter  
princ. &  
med.

† sup. q.  
36. ar. 2.  
in argu.  
Sed cōtra  
et. oco. ib.  
notato.

\* Concil.  
Carth. 4.  
c. 7.

c. 3. p. 2.  
non pro-  
cul à pr.

didit in diuersis . Et secundum hoc dicit Magist. \* in  
litera, quòd ecclesia alios ordines sibi instituit.

Ad tertium dicendum , quòd ordines principali-  
ter ordinantur ad sacramentum Eucharistiæ , ad alia  
autem per consequens ; quia etiam alia sacramenta  
ab eo \* , quod in hoc sacramento continetur , deri-  
uantur . Vnde non oportet quòd distinguantur ordi-  
nes secundum sacramenta .

Ad quartum dicendum , quòd angeli differunt  
specie , & propter hoc in eis potest esse diuersus mo-  
dus accipiendi diuina ; & idè etiam diuersæ hierar-  
chie in eis distinguuntur . Sed in hominibus tantum  
est vna hierarchia , propter vnum modum accipien-  
di diuina , qui consequitur humanam speciem , scilicet  
per similitudines rerum sensibilium . Et idè di-  
stinctio ordinum in angelis non potest esse per com-  
parationem ad aliquod sacramentum , sicut est apud  
nos : sed solum per comparationem ad hierarchicas  
actiones , quas in inferiores exercet quilibet ordo in  
eis . Et secundum hoc nostri ordines eis respondent ,  
quia in nostra hierarchia sunt tres ordines secundum  
tres hierarchicas actiones distincti , sicut in qualibet  
hierarchia vna angelorum .

Ad quintum dicendum , quòd Psalmistatus non est  
Ordinis officium Ordini annexum . Quia enim Psal-  
mi cum cantu pronunciantur : idè dicitur Psalmi-  
sta , cantor . Cantor autem non est nomen Ordinis  
specialis , tum quia cantare pertinet ad totum cho-  
rum , tum quia non habet aliquam specialem relatio-  
nem ad Eucharistiæ sacramentum : quia tamen offi-  
cium quoddam est , inter Ordines largo modo acce-  
ptos , quandoque computatur .

ARTIC. III.

*Utrum Ordines debeant distingui per sacros &  
non sacros?*

Ad tertium sic proceditur . Videtur , quòd Ordines  
non debeant distingui per sacros & non  
sacros . Omnes enim Ordines sacramenta quædam  
sunt

li. 4. sent.  
d. 24. q.  
1. in fine.

\* Al. qui